



**R. P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère <1543-1623>**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 15. De iis quæ redduntur licitam conuersationem cum  
excommunicato,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78477](#)

## C A P . X V .

*De ijs quæ reddunt licitam conuersationem cum excommunicato.*

## S U M M A R I U M .

- 97 Licitam reddi posse communicationem cum excommunicato. ut & casus in quibus redditur.
- 98 Casus vilitatis, sive nostræ, sive illius.
- 99 Cauenda in ea communicatione.
- 100 Casus matrimonij, in quo vxori communicare viro excommunicato licet in obsequijs ei debitis.
- 101 Aliquot exceptiones.
- 102 Quatenus licitum sit viro communicare cum uxore excommunicata.
- 103 Difficultas an possit communicare in alijs humanis (vt in colloquio) quam in obsequijs debitis.
- 104 Rationes pro parte affirmativa, cum solutione earum que affluntur in partem contrariam.
- 105 Difficultas, an licitum sit coniugi excommunicato petere ab altero coniuge debitum coniugale.
- 106 Pars affirmans teneri potest.
- 107 Quatenus uxor à marito excommunicato possit dorem repetere.
- 108 Delicta conuersatio ne subditorum cum Superioribus excommunicatis, ac primo de libertate liberorum cum parentibus.
- 109 Que locum habet in libertatis emancipatis, & in natis post excommunicationem, & quantumcumque excommunicatione sit parentum cum communicantibus cum eis.
- 110 Casus aliquot, in quibus id patitur exceptionem.
- 111 Licitus est seruis etiam tanum mercenarijs cum dominis excommunicatis conuersatio, nisi sit in crimen.
- 112 Licit a conuersatio Clericorum cum Episcopo excommunicato, de cuius sunt familia. Item Religiosorum cum suo Superiori excommunicato. Itemq; virorum qui sunt de familia Regis, cum ipso excommunicato.
- 113 Restrictio cum quæ sunt hec accipiendæ.
- 114 Non obstat excommunicato, quin debeat excommunicato soli debitum, nisi in sententia id sit specialiter prohibitum.
- 115 Solatio eius quod objicitur in contrarium.
- 116 Quatenus sit, vel non sit licitum addicere se excommunicati serui.
- 117 Communicatio licita parentum cum liberis, & dominorum cum seruis.
- 118 Casus in quibus eadem est illicita.
- 119 Quatenus licit a sit fratri cum fratre, & serui cum seruio excommunicato conuersatio.
- 120 Ignorantia excusans conuersationem cum excommunicato.
- 121 Non est licitum excommunicato ingerere se conuersationeorum, qui cum ignorent ipsum esse excommunicatum, non peccant conuersando cum eo.
- 122 Casus in quibus id patitur exceptionem.
- 123 Licitum est de se, suppedite excommunicato necessaria ad vita sustentationem: illiq; adesse in gravi necessitate famæ, aut rei familiae peritura, nisi in futurus sit determinator.
- 124 Licitam esse cum excommunicato conuersationem, ob necessitatem accipiendi ab eo sustentationem, vel corporis curationem.
- 125 Itemq; ob necessitatem vitandi magnum damnum proprij patrimonij, aut status.
- 126 Itemq; ob necessitatem consilij.
- 127 Excusatur communicans cum excommunicato, per unum compulsa.
- 128 An etiam excusat metu ad actus, explicatur aliquot proportionibus.

- 130 Quando Superioris ius in excusare communicantem cum excommunicato.

**V**IDERE TUR forte alicui non posse fieri licitam conuersationem cum excommunicatis, præsertim hæreticis, cum ea iure diuino sit prohibita. Namque Diuus Paulus ad Tit. 3, hereticum hominem post vnam, aut secundam correptionem cuitandum præcipit: & D. Ioannes in 2. sua Epistola hæreticum non esse recipiendum in domum, nec aue ei dicendum. Sed quia vñus Ecclesiaz ostendit rem aliter se habere; proposita loca sc accipienda sunt, vt prohibeant eam conuersationem cum hæreticis, ex qua damnum animæ sequitur. Et si enim quævis conuersatio perniciosa animæ, illicita sit, & prohibita iure diuino, iuxta illud prioris ad Corinth. cap. 5. Si si qui frater nominatur, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruï, aut maledicuſ, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum suadere.] Ea tamen quæ cum hæreticis est, merito prohibetur specialiter, tanquam omnium pernicioſissima, maximeq; periculosa: tunc alijs; sermo enim eorum vt cancer serpit, ex cap. 2. posterioris ad Thesla. tum etiæ ipsiusmet hæreticis, vt indicat illud posterioris ad Thesla. cap. 5. Si quis non obedit verbo nostro per Epistolam, hunc notate, nec commisceamini cum illo, vt confundatur. Non enim dubium est, pernicioſum esse quod reddit confusione dignum.

Iam vero sicut iuri antiquo non est derogatum per constitutionem Concil. Constan., quod excommunicatos nominatioſ denunciatoſ, & notorioſ Clericoruſ percussoreſ, in caſibus in quibus illicita eſt communicatio cum excommunicato: ita nec in iis caſibus in quibus eadem licita redditur, quales sunt iij quorum fit mentio 11. quæſt. 3. Cap. Quoniam multos, & non nullis alijs eiusdem quæſtionis; itemque tituli de ſententiæ excommunicati. Solent vero dictioſibus huius verſiculi:

*Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse;*  
significari apud Diuum Thomam in 4. distinctione 18. quæſt. 2. art. 1. quæſtiuncula 1. Palud. eadem distinc. quæſt. 6. art. 2. Sylvestr. Excommunicatio 5. nū. 4. Adrianum in 4. De clauib. quæſt. 3. Sotum in 2. distinctione 2. quæſt. 1. art. 4. concl. 5. & Caet. verbo Excommunicatio, cap. vltimo verſ. Circa tertium: &c, vt notat Vgol. tab. 2. De cenauris cap. 23. §. 4. in fine, Doctores communiter poſt glosſam ad cap. Cum defideres, De ſententiæ excommunicati. Earundem explicationem ſigillatim perſequemur deinceps.

## Prile.

## S E C T I O N .

**H**OC vocabulo significatur licitum eſte cum excommunicato non tolerare communicare ob noſtra, vel ipsius vtilitatem. In duob; tamē tantum caſibus, vt ex memorata glosſa, & D. Thor. a. nullisq; alijs rotat Vgolinus in cit. cap. 23. §. 5. in fine. Prior e. t. cum nobis debet aliiquid posterior cum id ſalus animæ plius exigit, adeo vt Couarr. recte eam ſignificationem expreſſiſſe videatur ad Cap. Alma mater, 1. part. §. 1. tum ſub finem pumeri 8. Inquiens licitam eſte communicationem cum excommunicato, ad exigendam ab ipſo debitam pecuniam, aliamve rem quampliā, iuxta Cap. Si vere, De ſententiæ excommunicati, etiam trahendo ipſum in ius, iuxta Cap. Intelleximus, De iudicijs: quia excommunicatus reportaret alioqui de ſua malitia commodum. Tum etiam in ſequenti numer. 10. addens licitum, adeoque pium eſte cum excommunicatis communicare in iis quæ ad eorum correctionem, & animarum ſalutem pertinent minimū ad illos auocandos à contumacia, & reuocandos ad Ecclesiæ obedientiam.

De qua re textus eſt apertus in Cap. Cum voluntate, De ſententiæ excommunicati. In quo etiam conceditur alia verba inciderent interponi, ad facilius ex familiaritate proficiendum cum eo. Fit quoque ſpecialis mentio de Prædicatoribus, & Confessorijs qui ad eorum iuſtrictionem destinati ſunt, de quibus Palud. loco citato. Vnde ſunt utrū fundamentum eorum quæ ex alijs habet Henriquez in ſumma lib. 13. cap. 22.

REGINAL  
PRAXIS  
FORI P  
EV

§. i. licitum esse audiē excommunicati confessioñem, etiam si non est ob indispositionem absoluendus: item concionari apud excommunicatos, spiritualia consilia eis dare, etiam admisendo alia verba urbanitas, quibus benevolentia, & attentione captari solet; siq; hæc per Epistolam sicut, præmittere consuetam salutationem; item legere coram excommunicato sacram Scripturā, aut alium librum pium, ut ipse utiliter audiat, aut recitare cum eo aliquam orationem priuatam, quæ ad eius conversionem iuuet.

99. Videndum est autem, utista sincere, hoc est, animo fraternali dilectionis, & correctionis sicut, & absq; fraudulentia simulatione. Nam vt post Maiorem Couar. sub finem cit. num. 10. ait, si quis alloquatur excommunicatum sciens tale colloquium ad salutem illius nihil conducturum, scipsum decipit; nec prenam iure statutum euadit. Videndum etiam est, ne talis communicatio extendatur ad ministerium Sacramentorum, vel ad admissionem ad diuinam, ut recte monet Adrianus in 4. De clauib., quest. 3. in exceptione 3. Nam id non licet patet ex Cap. Anteceſſor 11. quæſtione 3. Ratio; est: quia cum excommunicatus non possit ingerere se diuinis abſque damnatione anima sua, id non est salutis ipsius consilere, sed perniciem ei creare. Dicitis adde ex Nauar. in Enchir. cap. 27. numer. 27. sicut licet cum excommunicato communicare pro sua salute, licet quoque pro nostra, aut aliena, nempe pro nobis per eum spirituale consilium, immo & pro commodo temporali valde necessario, quando non occidat, ut alius similis a quo petatur; quod etiam loco cit. habet Henriquez.

Lex.

SECTO II.

100. DICTIO lex hic pro matrimonio ponitur ex Palud. in 4. distin&. 18. quæſtio. 6. art. 2. Angelo Excommunicatio 8. num. 7. & Sylu. Excommunicatio 5. num. 4. quos sequitur Vgol. in cit. capit. 23. in fine §. sexti: rationem reddens, quod in matrimonio mulier sit sub legi viri. Significat igitur licitum esse vxori communicare cum marito excommunicato, non modo in petitione, & redditione matrimonialis debiti, sed etiam alterius cuiuscunq; te debiti: ut communem sententiam esse ibidem notat Sylu. colligitur q; ex cap. Quoniam multos 11. quæſt. 3. & ex Cap. Inter alia, de sententiæ excommunicationis: vbi vxori communio mariti excommunicati simpliciter permititur; atq; adeo quoad omnia obsequia debita. Vbi enim lex non distinguunt, nec nos distingue re debemus, argumento legis De pretio, ff. De publicana in rem actione. Quod Vgol. in memorato §. 6. num. 1. notat; & monet propter, etiam si matrimonium sit inuidium, dummodo conractum sit bona fide, impedimentumque validitatis adhuc ignoretur. Item etiam, mulier ei quem scit ut excommunicatum esse, non plerit. Ratio est, quia nus in hac re loquitur absolute de vxore, prout obligatur ad obsequia viro praestanda. Atque in illis etiā in casibus obligatur, in posteriore quidem, tanquam vera vxori; in priore vero tanquam bona fide habita pro vera. Non solum autem redditionem, sed etiam petitionem debet licite marito fieri ab uxore, multorum autoritate idem habet num. 2. Et confirmatur, quia excommunicatus reportaret alioqui de sua malitia, non modum, quod absurdum est, ex Cap. Intelleximus, De iudicij.

101. Atta men tale priuilegium non habet locum si excommunicatio late sit propter matrimonium ipsum male celebratum, ex Palud. Angelo. & Sylu. locis citatis, ac D. Anton. 3. par. tit. 25. ca. 1. §. 1. Nam tunc, ut hic & Sylu. exp̄esserunt, si ob talem causam, etiam in alterum tantum coniugum late sit excommunicationis sententia, neuter potest cum altero communicare: sicut nec potest in quounque alio crimine pro quo excommunicatus sit, ut habetur ex cit. Cap. Inter alia, in fine. Idem sententes plures alios referunt Sanchez lib. 9. de matrim. disp. 14. nu. 9.

Necitem sic extendi debet hoc priuilegium, ut existimat licere vxori communicare cum eo excommunicato cum quo maritus communicat: quia potius existimandum est contrarium, cum excusio unius expressa facta à lege (ut facta est viri in citato Cap. Quoniam multos) sit inclusio alio-

rum; argumento Cap. Nonne, De presumptionibus: quæ ratio est Vgolini ibid. n. 4. Sicq; ut D. Anton. Sylu. & Angelus locis citatis aiunt; si vir simul cum altero excommunicato ebum sumat, non potest vxor cum eis in eadem mensa comedere: potest tamen in eadem domo; sed in alia mensa ita remota, ut minime censeatur simul comedere.

Nec etiam debet hoc priuilegium extendi ad diuinam, cum casus licet conuersationis cum excommunicatis, expressi quinque memoratis dictiōibus sumi debeant extra diuinam; sicut tangit Caietan. in verbo Excommunicatio cap. ultimo, vers. Circa tertium. Ita ut nec vxori cum viro excommunicato, nec viro cum vxore excommunicata comunicare in diuinis liceat. Quod esti tutius est: contrarium tamen non caret probabilitate, iuxta ea quæ habet Sanchez in præced. num. 5. Adde ex Vgolino in eodem num. 4. nec debere extendi ad sponsam, cum nondum sit vxor; nequid obligetur ad obsequia viri. Necq; ad vxorem quæ diuortio separata est à marito: quia per separationem liberatur ab onere obsequiandi.

Significat quoq; proposita dictio licitum esse viro communicare cum vxore excommunicata (intellige nisi excommunicatio in eam lata sit propter male celebratum matrimonium, iuxta paulo antedicta) in ijs quæ vxor debet marito; ut sunt copula, & obsequia domus, ex Palud. Syluest & Caiet. locis cit. Item in ijs quæ maritus debet vxori, ut sunt gubernatio, & prouisio rerum necessariarum. Quod conſirmatur ex eo quod D. Thomas pro certo habet in 4. distin. 18. quæſt. 2. art. 4. in responsione ad primam quæſtiunculam, licet esse cuius sive cum suo superiore, sive cum suo inferiore communicationem in illis ad quæ ei praestanda obligatur. Porro sicut inferior obligatur ad obsequium superioris; ita & superior ad regimē inferioris, & obligatur ad eī prouidendum de necessariis. Atq; adeo, prout D. Thomas recte ait, sicut in ijs quæ vxor debet viro, ita & in ijs quæ vir debet vxori, potest vir cum vxore excommunicata communicare.

An possit etiam in ceteris ut in coemptione, locutione, & huiusmodi alijs, sicut potest vxor cum viro excommunicato, prout ante diximus, difficultas est. Nam non posse existimat Sylvest. in verbo Excommunicatio 5. numer. 4. citans alios, ut etiam citat Vgolinus in memorato §. 6. numero 6. Addens pro eis rationes has: tum quod ius soli vxori det priuilegium respectu mariti excommunicati: tum quod maritus facile possit vxorem indacere & compellere, ut suam liberationem ab excommunicatione procuret, non contra. Couar. autem ad Cap. Alma mater, 1. par. §. 1. nam. 8. cum Angelo in verbo Excommunicatio 8. numer. 8. & Adriano in 4. De clauib., quæſt. 3. exceptione 6. & alijs (quos referunt & sequuntur in eodem loco Vgolinus, & in eadem disput. Sanchez num. 16.) existimat virum posse in prædictis communicare cum vxore excommunicata.

Et probat ex conditione societatis: nam iuxta glossam penultimam ad Cap. Si vere, De sententia excommunicatus excommunicatus ratione societatis toleratur: sive, ut habet Adrianus licitum est non dissoluere societatem propter excommunicationem in socio superuenientem, si dissoluit sine præiudicio proprio fieri nequeat. Vnde consequens est ob maximum quod inter coniuges est societas vinculum, virum cum vxore excommunicata posse communicare in omnibus in quibus vxor potest cum viro excommunicato. Deinde, ut argumentatur Vgolinus: Ex communis Doctorum sententia in correlatiis, dispositum in uno, locum habet etiam in altero. At maritus & vxor sunt correlati. Ergo quod ante proposuit esti dispositum in Cap. Quoniam 11. quæſt. 3. & in Cap. Inter alia, De sententiæ excommunicatio ut vxori licet communicare cum viro excommunicato in obsequijs ei ab ipsa debitis; ita accipendum est, ut viro quoque licet vxori excommunicata comunicare in obsequijs ei ab ipso debitis: præsertim cum ratio dispositionis eadem sit in vitroque casu. Nam ratio permittendi talem communicationem fuit, tum obligatio vxoris præstandi marito via obsequia, tum difficilis eorum separatio, tum fornicationis perulum: quæ perinde urgent ex parte vxoris ac ex parte viri.

Vnde fatis constat quid respondentum sit ad priorem ratio-

rationem contrariam. Ad posteriorem autem respondendum est, quod quamvis maritus (prout per Cap. Negligere 2. quæstio. docet Angelus, in cit. numer. 8.) peccet mortaliter si neg. exercit vxoreniure maritali corrigeret, & auertere à contumacia, pro qua in excommunicationem incurrit, nisi forte talis esset, quia ipsa correptione peior efficeretur: ex cōtam non sequitur priuari societate illius, ac pena iuris incurrere communicando cum illa, in colloquio, mensa, & alijs.

PORRO cum priuilegium istud significatum per dictio-  
nem lex, non sit institutum in favorem coniugis excommu-  
nicati, sed alterius: vt patet consideranter texum memorati  
Cap. Quoniam multos: ideoque non videatur magis lici-  
tum coniugi excommunicato ingerere se communicationi  
alterius coniugis, extra ea quæ specialiter ei præstare obliga-  
tur, quam liceat cu' cunq; alteri excommunicato ingerere se  
excommunicationi eorum, quibus cum eo conuersari conce-  
sum est p. Concilij Constant. constitutione. Cum, inquam,  
id ita sit, difficile est statuere vrum coniugi excommunicato  
sit licitum ab altero coniuge petere debitum etiam con-  
iugale.

Et quidem glossa eiusdem Capitali Quoniam multos, ad  
verbum *Vxores*, aperte docet non licere: quia sententiam  
ex instituto refutat Vgol. in cit. §. 6. num. 3. & post eum San-  
chez, in eadem disputatione. numer. 20. Præcipua ratio est, quod  
coniux non excommunicatus coniugi excommunicato per-  
inde tenetur obsequi debita præstare post excommuni-  
cationem acante eam, iuxta antedicta. Quare excommunicata  
in indigenis illis, si non exhibeantur ulro, potest ea exige-  
re, præfertim debitum coniugale, à quo sine periculo inco-  
ntinentia abstinere cōterfando perinde cum vxore ac prius,  
difficillimum est. Ne igitur excommunicatio quæ medici-  
na est, ex capit. 1. De senten. excommunicat. in 6. sit offendiculum,  
tenendum est non obstat quin excommunicatus pos-  
tit debitum coniugale petere. Palud. vero in 4. dist. 18. quæst.  
6. art. 2. ver. 5. non ait excommunicato licere debitum con-  
iugale petere etiam in iudicio; non item debitum tempora-  
le. Caietan. autem in verbo Excommunicatio, cap. vlt. ver. 5.  
vbi scito, & post ipsius Sotus in 4. dist. 22. quæst. 1. art. 4. concil.  
2. sub finem, volunt licere excommunicato vrum que illud de-  
bitum exigere: etiam possit debitor aduersus eum excipere,  
hoc est, actionem eius excludere, allegando excommunicationem:  
quia excommunicatus non potest stare in iudicio  
tanquam actor, sed conueniri tanquam reus, ex cap. Intel-  
leximus, De iudicij: prout communem illius interpretationem  
esse glossa ibidem notat. De qua re Sanchez in sequen-  
tia. 24.

Ceterum licet si difficile statuere, quod potissimum isto-  
rum tenet debet propendeo tamen in Caietan. & Sotis sen-  
tentiam: tum quia in hac disciplina recentioribus defer-  
endum est, præcipue si qui fuerint & diligenter, & fœlici inge-  
nitio prædicti, prout ex glossa & Iasonce ad principiū legis Gal-  
lus, ff. De liberis & postiblum, notat Nauarr. in Misell. 47. De oratione num. 3, quales citra controverbias fuerunt Caiet.  
& Sotus. Tum quia licitum est Superiori excommunicato  
ingerere se conuersationi subdit, in ijs quæ hinc tenetur ipi  
præstare. Inter illa autem numerari potest directio ipsius  
subdit, quando ea indiget in exhibitione obsequij ad quod  
tenetur ratione subiectonis. Nemo enim dicat excommu-  
nicatum non posse monere suum subditum de ijs quæ serua-  
re debet, vt satisfaciat sue obligationi. Quia ergo creditoris  
rationem quandam superioris habet comparatione debitoris,  
ille potest debitum ab hoc petere per modum directionis ei  
necessaria ad satisfaciendum sua obligationi, maxime cum  
ad petendum aliqua legitima causa vrget, vt periculum for-  
nicationis, vrget petitionem debiti coniugalis: sicut aliqua  
penuria, aliave necessitas vrget petitionem reliquorum de-  
bitorum.

Adverte quod vxor (cum iuxta antedicta debeat cum  
marito excommunicato perinde esse atq; ante) non possit  
dotem ab eo repetrere propter excommunicationem; nisi  
ipse tamdiu in illa perseueret, vt pro heretico condemnatus,  
ipso iure bonis suis priuetur, iuxta Cap. Cum secundum le-  
ges, §. fin. De hereticis in 6. Quod idem iudicium, est si ipse  
in heresim incidisset propter quam incurrit in excommu-

nicationem, argumento Cap. Decretus. Cod. tit. & lib. Quod  
vtrumq; nota Vgolinus in citato §. 6. nr. 3.

## Humile.

## S E C T I O III.

**H**Ac dictione iuxta cōmūnem interpretationem signifi-  
catur licitam esse subditis conuersationem humana-  
cum excommunicatis quibus subfunt, etiam denunciatis,  
aut notorijs Clericorum percursoribus. Habetur enim talis  
licentia ex Cap. Quoniam multos 11. quæstio. 3. ob bonam  
rationem qua redditur in Cap. Inter alia, De sententia ex-  
communicat. scilicet quod per excommunicationem non  
debeat tolli obligatio quæ subdit ante ilam tenetur ad ob-  
sequium familiare sui superioris, quod quidem exhibere ei  
non possunt sine humana conuersatione.

**P**RIMVM ergo licitum est filiis & filiabus conuersari cum  
patre & matre excommunicatis. Quod extingendum est ad  
omnes filios cuiuscunq; conditionis sint, vt ostendit Vgol.  
tab. 2. De censoris cap. 23. §. 7. nempe siue naturales, siue adop-  
tiui sint, & siue in primo, siue in vltiore gradu: puta nepo-  
tes, pronepotes, abnepotes. Addo & eos, qd ratione affinitatis  
sunt loco filiorū, vt gener, nurus, priuignus, vel priuigna.  
Nam cum omnes tales comprehendantur nomine filiorum,  
ad eos omnes propositū priuilegiū extenditur: cum sit  
beneficium Principis, quod est latissime interpretandum, ar-  
gumento Cap. Cum dilecti, De donationibus, & Cap. Olim  
De verborum significacione.

Neque esse excipiendos filios emancipatos & à patria po-  
testate liberatos, idem ibidem numer. 7. tenet, non modo cōtra  
D. Thomam, Hostien. & Gabr. & Sot. per ipsum citatos,  
sed etiam contra Palud. in 4. dist. 18. quæst. 6. art. 2. & D. Anton.  
3. part. titul. 25. cap. 1. §. 1. qui sicut illi, absolute excipiunt  
emancipatum. Illud etiam quod Angelus Excommunicatio. 8.  
numer. 10. & Sylva. Excommunicatio 5. num. 4. ver. 3. & Armilla co-  
dem verbo numero 4. volunt emancipatum quidem si sit com-  
mensalis patris, esse excipiendum; non item si commensalis  
patris non sit: ipse Vgolinus censet habere tantum locum in  
filio adoptiu emancipato: eius emancipatione omne ius  
paternum tollitur, ex §. Adoptiu, Instit. De exhortatione  
liberorum.

Fundamentum autem illius contra tot ac tantos autho-  
res, est, quod simpliciter permittratur filiis cōmunicatio cum  
parentibus excommunicatis in cit. Cap. Quoniam multos;  
neque iure non distinguente, nos debeamus distinguere, ar-  
gumento legis Pretio, ff. De publiciana in rem actione. De-  
inde quod illius permissionis ratio sit ex cit. Cap. Inter alia,  
obligatio filiorum præstandi obsequia parentibus; quæ non  
tollitur emancipatione filiorum, aut Notam separatione à  
communi parentum mensa. Addo ex eodem Cap. Inter alia,  
filium non tantum posse, sed etiam debere cōmunicare cum  
patre excommunicato. Idq; procedere, vt ibid. num. 9. & 10.  
docet Vgol. siue ante. Que post patris excommunicacionem na-  
tus sit, cum in vitroq; est ad obsequia paterna teneatur. Imo  
etiam procedere etiam si pater sit excommunicatus cum ijs  
qui cum ipso communiquerint.

Veruntamen idipsum exceptiones patitur. Prima est, vt  
non possit filius cōmunicare in criminis pro quo pater ex-  
communicatus est, ex eod. op. Inter alia. Secunda, vt nec possit  
communicare quando id daret illi causam persecandi in  
contumacia sua, ex cit. Cap. Quoniam multos, ver. 5. v. eo-  
rum consilio. Tertia, vbi periculum efficit propriæ subversio-  
nis, vt cum denunciatus esset ob heresim, arguento Cap.  
fin. De hereticis. Quarta, cum communicatio fuerit in di-  
uisi: talis enim non debetur patri quatenus pater est; unde  
Parochus patri suo denunciato, aut notorio Clerici percur-  
sori non debet Sacraenta administrare, nec coram eo Mis-  
sam dicere.

**S**ECUNDUO licitum est seruis & ancillis conuersari cum do-  
minis excommunicatis. Quod intelligendum est non modo  
de mancipijs, sed etiam, iuxta Palud. & ceteros supra me-  
moratos, de alijs qui ad seruendum illis obligantur; siue sint  
famili domestici gratis aut pro mercede seruientes: siue ru-  
stici pretio conducti ad colendas terras dominorum suorum;  
siue coloni partarij, id est, qd pro cultura agrorum

capiant certam fructuum portionem. Nam & his licita est, vt notant D. Anton. & Sylvest. cum dominis excommunicatis communicare, quantum exigit cultura quam supererunt.

Idem iudicandum est de ceteris, qui sunt de talium minorum familiis, iuxta eosdem authores, de nutribus, & alijs similibus personis quæ societatem contraxerunt cum aliquo tali, à quo si recederent, non haberent, vnde viuerent. Quæ doctrina probatur ex eo, quod in citato Cap. Quoniam multos, post excepto: seruos & ancillas, seu mancipia: tanquam ditteris ab illis, excipiuntur rustici & serui, ac omnes alij, illius scilicet generis, qui non adeo curiales sunt, vt corum consilio scelera perpetrentur, id est, ut glossa ibidem ad verbum Scelerata interpretetur: tales sunt qui non feruant Domino in crimen: ijs enim qui taliter seruant, ius non patrocinatur, sed aduersatur omnino, vt patet ex textu citati Cap. Inter alia, ex glossa finali eiusdem. Id quod intelligendum est de seruientibus in crimen criminoso, seu propter quod irreitus est excommunicatione, satis significatur in ead. glossa, cum dicitur illos ex tali excommunicatione, cùm quā illū sententiā irretiri, per Cap. Nuper, & Cap. Si concubina, Desententia excommunicatio quibus seruantur est de crimen criminolo.

**TERTIA** (quod expressè docent D. Anton. 2. part. tit. 25. ap. 1 §. 1. Adrian. in 4. De clauib. quæst. 3. exceptione 6. Sylv. Exco. communicatio 5. num. 4. verbu 3. & Armilla eodem verbo num. 4. 6.) licitum est Clericis qui cohabitant Episcopo: suntq; de eius familia, cum eodem excommunicato conuersari titulo ei seruentium; non est autem licitum reliquis ipsius Clericis, iuxta Cap. Miratus dist. 93. Similiter licitum est (quod iudeum docent & Sot. in 4. distin. 22 quæst. 1. art. 4. concil. 5.) Monachis conuersari cum suo Abate ex omnino, quia indissolubiliter sunt ipsius familiae incorporati. Verum est tamen quod ei in illis quæ superioritatem dignitatis respiciunt obediens non tenentur, sicut nec Clerici Episcopo suo excommunicato: quod vtrumq; probat Richardus in 4. dist. 18. art. 11. quæst. 2. & 3. approbatq; Vgolinius De censorib. tab. 2. cap. 23. §. 9. in fine, hac ratione: quod vterq; ille per excommunicationem, officij vseretur. Qui etiam paulo ante monit licitum esse ijs qui sunt de familia Regum aut aliorū Principum (tanquam seruientibus scilicet) cum ipsis innodatis excommunicatione, ac denunciatis verfa, non autem ceteris subditis eorundem, argumen Cap. Nos sanctorum 15. quæst. 6.

Aduerte autem hoc seruorum priuilegium non extendi ad communionem cum dominis in crimen criminoso, & contumacia illius, aut in diuinis, aut cum periculo propriæ subuersione: quia ratio eadem valet in eis, atque in vxoriis & filiis. Sicut & valere potest ad assertandum illud quod idem Vgolinus habet in preced. §. 8. n. 1. circa medium: id ipsum priuilegium procedere quantumvis dominus sit ex: omniancatus cum omnibus ci communicantibus: nisi sit additum (prout addi post: paulo post dicitur) quam in obsequijs debitis.

**HIC** se offert dubitatio. An si quis vel iuramento, vel alia aliquæ legitimæ obligatione tenetur aliquid intra certum tempus præstare, aut soluere alicui, qui interea nominatum denunciat, posse seingerere illius conuersationi ad satisfactum tali obligationi? De qua re nonnulli apud Sylvest. Excommunicatio 5. num. 18. existimarent id non esse licitum, quia iuxta Cap. Quod in dubijs, & Cap. Inter alia, Desententia excommunicationis, nemini licet eo imunicare cum nominatum denunciat, nisi personis expressis in Cap. Quoniam multos supra memoratis. At in eo nulla mentio fit de debitoribus: Non est ergo licitum debitori se communicationi excommunicati ingenerare soluedo ei debitum. Palud. vero in 4. distin. 18. quæst 6. 6. art. 2. D. Anton. 3. parte tit. 25. cap. 1. §. 1. & Sylv. loco citato cum alijs nonnullis quos ipse commemmorat, existimant id licere. Ita eadem sententia est glossa ad Cap. Nos sanctorum 15. quæst. 6. quam Sylvestris hanc ratione confimat, quia legem naturæ quisque tenetur solvere quod legitime debet. At faciendo id ad quod lex naturæ obligat, nullum creaturæ animæ periculum: immo creaturæ potius non faciendo. Quare qui tenentur aliquid soluere ex-

communicato, potest id soluere absque detracendo anima sue.

Quod autem oppositum est, i priuilegium caponis. Quoniam multos, pertinere tantum ad personas in eo expressas, ita cum Sylva accipendum est, vt sensus sit, non pertinere ad alias personas, nisi habita ratione communicationis quæ minor sit, aut quæ maiore de causa usurpari possit, quam ea quæ illuc conceduntur: sicut est communicatio in solutione debiti, quæ multo minor est cōmunicatione domestica, aut ea quæ est coloniæ licita propter obligationem colendi terræ excommunicati: quandoquidem maior est obligatio reddendi quod iam accepertis quam dandi, vt accipias: sicut dat colonus suum operam, vt fructuum partem accipiat.

**AHVC** se offert dubitatio. Num licet se dedere aliquis seruicio, postquam est denunciatus excommunicatus? Ad quam Vgolinius propositis pro viraq; parte authoribus in cit. cap. 23. §. 9. n. 8. distinctione respondeat: nempe esse licitum in necessariis ad vita ipsius sustentationem: alioquin non molitor posset ei frumentum molere, nec pistor panem coquere: aut ei presto esse ad rarum ipsius vitandam iacturam, redundantem in detrimentum Reipublicæ cuius interest res ciuium bono loco esse. In alijs autem sine quibus vitam sustentare potest, & res proprias in suo statu conservare, non esse licitum. Hocque est quod ait Adrian. in 4. Declinib. art. 3. §. Sed quoniam, exceptione 4. licet cum excommunicato communicare in ijs quæ concernunt damni cuitationem: quoniam non in ijs quæ concernunt luci acquisitionem; nisi id lucrum ipsius sustentationi necessarium videtur.

**RESTAT DICENDVM** de conuersione Superioris, hoc est, patrum aut dominorum cum subditis suis, hoc est, cum filiis aut seruis excommunicatis: & corundem subditorum cum aliquo ex ipsis excommunicato. Ergo licitum esse patri cum filio excommunicato conuersari; negarunt quidem aliqui, sed plures contra affirmarunt, vt videtur est apud Vgol. De centurib. tab. 1. cap. 23. §. 7. num. 12. Qui in sequ. §. 8. n. 2. cum Narat. in En. his. cap. 2. 7. num. 27. docet similiter licitum esse domini conuersationem cum seruo excommunicato. Tam autem hoc, quam illud confirmatur: quia disputationis in uno ex correlatiis cuiusmodi sunt patres, filii: dominus & seruus, locum habet in altero, vt in Iurisperito non miniter dicunt, teste ipso Vgolino. Sicut ergo dispositione patris, tum filio cum patre: tum seruo cum domino excommunicato permititur conuersatio; censenda est similiter permitti, tum patri cum filio, tum domino cum seruo excommunicato; idq; tam in ijs quæ superior, id est, siue pater, siue dominus, præstare tenetur suo subditto, id est, siue filio, siue seruo (quod tradunt D. Thomas in 4. distin. 18. quæst. 2. art. 4. quæst. 1. D. Anton. loco cit. Caiet. verbo Excommunicatio. cap. vlt. vers. Circa tertium, & satis patet ex præcedentis dubijs explicatione) quam in ijs quæ vice versa inferior superiori præstare tenetur quod Sotus expressit in 4. distin. 22 quæst. 1. art. 4. column. ro. & insinuant Palud. & Adrian. loco cit. cum autem non teneri quemquam cum prædicto debito tamen facere sibi debito famulatu, vel subiectione excommunicati. Ratioque est ex cap. 2. De confititionibus deducta, ne innocens sine sua culpa damnum patiatur: & nocens ex sua malitia lucrum faciat, sive occasionem capiat in ea perseverandi. Quod cum absurdum sit, licere debet ab excommunicato exigere, & recipere debitum. Quo fundamento nixus D. Anton. facultatem conuersandi cum excommunicatis, extendit ad eos qui conduxerunt mercenarios, quos sine magno suo incommodo vivere non possunt; itemque ad socios qui habentes aliquid communis, non possunt societatem dirimere sine magnis incommode.

Extra illa autem, in ijs quæ ad humanam conuersationem pertinent, non licet superioribus ipsis communicare cum suis subditis excommunicatis, insinuat D. Antoninus, ei quod proxime ex ipso retulimus, subiungens. Alias autem non possumus communicare. Adrianus vero absolute dicens licitum esse patri cum uxore, filiis, & alijs de familia communicare. Contrarium significat; quod est minus probable: quia constat prohibitam esse in genere humanam conuersationem cum excommunicatis; non constat vero tales perso-

nas excusari extra obsequia familiaria ad quæ tenentur, exceptis ea, sine quibus illa nequeant exhiberi. Id quod potest intelligi ex Cap. Inter alia, De sentent. excommunic. ac ratione confundari: quia ad excommunicatum abducendum à contumacia (in quem finem vitari iubetur) plurimum valet, ut non modo foris, sed etiam domi quantum iustitia patitur, vicietur; cum inde magis confundatur.

Aduerte autem exceptiones, quas ante fecimus de communicatione in crimen crimino, & in diuinis, & cum periculo propriæ subuersioris, hic etiam habere locum. Et adde, quod si pater filium, aut dominus seruum non corriget, nec inducat quantum potest ad deponendum cōtumaciam, & obtinendam absolutionem, ipse delinquit, vt monet Palud. Imo, quia id est quodammodo fouere ipsorum contumaciam, contra ante memoratos Canones. Quoniam multos, & inter alia; quibus conceditur priuilegium, & quo agimus: priuari eodem priuilegio, nec eodem, sive patres, sive dominos posse cum ipsis suis filiis, aut seruis conuerteri, ut nec cum alijs excommunicatis, iuxta D. Antoninum in 3. par. tit. 25. cap. 1. in 3. excusatione, ver. 6. citatē alios, quorum sententiam approbat v. golinus in cit. cap. 23. §. 7. in fine.

QVOD ATTINET ad conservos, & ad fratres, tenendum est cum Vgolino in sequenti §. 8. in fine, fratrem, ut cum patre, sic cum fratre excommunicato esse posse: quia filius est pars quædam patris, & ex quo simili habitant, necessitas simul versandi eos excusat, etiam mortuo patre. Secus autem est si habitatione separarentur. Similiter seruum cum conservo excommunicato esse posse, tum ratione necessitatis: quia subiectus dominio alterius, abire non potest, tum ratione utilitatis quia nō habet aliam conditionem commodam locandi suas operas. Idem tamen, ut ille addit, quantum possunt, debent talem excommunicatum vitare, ut inde rubore perfusus resipiscat.

## Res ignorata.

## SECTIO IV.

HÆC DICTIONIS significat eum qui cum excommunicato cōmunicat per ignorantiam probabilem, seu minime coniunctam cum negligientia craffa, vel affectata (quod latius tractatum videtur potest apud Thomam Sanchez libr. 9. De matrim. disput. 32. quæstio. 6.) querendæ cognitionis, quam tenetur, & potest habere, excusari, iuxta Cap. Quoniam multos, II. quæst. 3. & Cap. Apostolice, De Clerico excommunic. etiam si, vt monet Caiet. in verbo Excommunicatio, cap. ultimo, vers. Circaterium, communicatio sit in diuinis. Quod etiam iuxta Cap. Si vero 2. De sentent. excommunic. sentiendum est de eo qui communicauerit per inaduentiam, prout habet Caiet. I. 2. quæst. 6. art. 8. siue (ut habent Palud. in 4. distinct. 18. quæst. 6. art. 2. & Adrianus in 4. De clauib. quæst. 3. exceptione 7.) de eo qui habitu sciens aliquem esse excommunicatum, per surreptionem communicat cum ipso, statimq; ac id aduerit, retrahit se. Et ratio est: quia talis actus non est deliberatus, & ideo nullam rationem habet peccati. Quia de re nihil opus est plura dicere: quoniam, ut bene monet Nauart, in Enchir. cap. 27. numer. 27. post priuilegium Concilij Constant. ex qua pertinente ad hoc excusationis genus, non afflantur ex nuda ignorantia excommunicationis, sed ex defectu notitiae denunciationis requisita, ut teneamus excommunicatum vitare; quæ notitia qualis esse debeat, habetur ex traditis in præced. cap. I.

OCCURRIT autem dubitatio; an ut ex eo, quod quis ignoratur esse excommunicatus, licite alijs cum eo communicaat; sic & ipse cum alijs possit licite communicare? De qua, prout meminit Syluester Excommunicatio 3. numer. I. vers. 5. fuit qaorundam sententia, cui subscribit Alphonse à Castro lib. 2. De potestate legis pænalis, cap. ultimo, concl. 2. vers. Circa istos, non pecare excommunicatum occultum intrando Ecclesiam, & cum alijs communicando in diuinis: quia non debet se prodere (sic nec alijs debent ipsum) quia peccat dando scandalum.

Contraria autem sententiam, illâ reiecit, idem Sylvester. amplectitur, quia cum occultus perinde ac manifestus excommunicatus incurrit poenam excommunicationis, per sen-

tentiam Superioris impositam, ut ostensum est in præced. libr. 9. cap. 9. questione 3. ipse tenetur eam acceptare, & seruare. Deinde seruare Superioris mandatum legitimum, actus est virtutis. Ergo per eum non datur scandalum, sed potius bonum exemplum. Si quid vero scandali consequatur ex eo, quod mandatum Superioris obseruando manifestauerit, id non potest impunitari, sed obseruationi, sed peccato ex quo confecta fuit obligatio ad poenam, quam sustinendo manifestat se. Nec debet videri alienum, quod quis obligetur ad aliquid; vnde peccatum ipsius occultum manifestetur. Nam in veteri lege, ut recte ait Syluester, ex mandato Dei erant determinata sacrificia, quæ cum offerabantur, cognoscetur quo peccato se obstrinxisse. At illi pro quibus offerebantur. Cui sententia Sylvestri, quoad diuina, assentitur Couar. ad Cap. Alma mater, I. part. §. 2. nu. 11. sub fine, camq; approbat Sotus in 4. distin. 12. quæst. 1. art. 4. non longe à fine, cum dixit excommunicato, nec propter officium, nec propter scandalum, aut generale præceptum Ecclesiæ de communione, licere ad Sacramentum Eucharistia accedere.

123.

Etsi autem hæc sententia tutior est, videtur tamen id saltem esse admittendum, quod D. Thomas 3. par. quæst. 83. artic. 6. ad 2. attinet; nempe, excommunicatum occultum si abstinentia ab aliotum communione, contraheret infamiam, ex qua naiceretur grauissimum scandalum, nec tentatis omnibus alijs vijs, ullam inueniret, quæ illud impedire posset, non teneri tunc abstineret; si cum omni humilitate, & firmo proposito procurandi, & obtinendi quamprimum poterit absolutionem, reiecto omni alio obice, disponere se ad alijs communicandum. Ratio est: quia cum Ecclesia utitur excommunicatione ad contineendos in officio, reuocandos, quæ a virtutis subditos suis, non est probabile velle, ut cum grauissimo scandalo aliorum (quod eis fini plane aduerteratur) excommunicatus teneatur abstineret ab aliorum communione. Deinde quando non possunt duo præcepta simul seruari, tunc quod minus est, cedit maiori: at vitare infamiam ad occurrēdū grauissimo scandalo, est iurius naturæ, & excommunicatum abstineret à communione aliorum, ad summum est de iure tantum positivo diuino, quod iuri naturali cedit. Quare non est negandum, quin excommunicatus occultus ad vitandum grauissimum scandalum, si aliter non potest; prius condepto firmo proposito procurandæ quamprimum, & obtinendæ absolutionis, communicare possit cum alijs, etiam in diuinis, sublatu à se omni alio obice.

## Necessitatem.

## SECTIO V.

HÆC DICTIONIS significat primo licet esse communicationem cum excommunicato propter necessitatem sustentationis ipsius; hoc est, excusari eos qui illi indigent ad vitæ sustentationem largiuntur elemosynas: quod expresso docent Palud. in 4. distin. 18. quæst. 6. art. 2. & Adrianus in 4. De clauib. quæst. 3. exceptione 8. & alij apud Vgolinum in cit. cap. 23. §. 11. numer. 8. Et manifestum est ex Capit. Quoniam multos, II. quæst. 3. & Cap. Inter alia, §. Illud autem, De sentent. excommunic. ac confirmatur: quia necessitas non subiicitur iuri, ex Cap. Quanto, De cōsuetudine, & ex cap. 2. De obseruatione ieiuniorum, sub fine, & ex Cap. Quod non est, De regulis iuris. Intelligentum est autem de necessitate sustentationis, non modo quod ea quæ ad vitæ pertinent, verum etiam quod ea quæ ad vestitum, & hospitium, ex quibus pendet vita sustentatio. Neque in his clarigendis (nisi forte per id nutritur in errore, vel largiaris ei magis intuitu mundæ amicitiae, quam eleemosynæ, ut loco cit. excipit Palud.) expectandam esse necessitatem extremam, sed satis esse, vt monet D. Anton. 3. par. tit. 25. cap. I. §. 1. sub fine, & Syl. Excommunicatio 5. nu. 5. quod indigeat, nec facile possit alii habere. Nec enim, inquit idem, hospites cum excommunicatus petit ab ipsis hospitium, tenetur expectare donec ab omnibus alijs illud sit denegatum. Eadem ratione, ex Caiet. in verbo Excommunicatio, cap. ultimo, ver. Circa istos, licet medicamentis subuenire excommunicato agrantisti, si illi ad vitæ conseruationem egeat. Alia autem quæ non sunt vitæ necessaria, sed tantum commoda; ut foſforiū,

124.

securis, aliave uter sita, ut inquit D. Antoninus, & Sylvestris, illi petenti danda non sunt.

Adhæc, in gravi necessitate famæ, aut rei familiaris peritura, licet ei subuenire. Namq; ad eam non extenditur prohibicio Ecclesiæ iuxta illud quod ante proposuimus; necessitatem non subscriri: quia de re Vgolinius in cit. §. II. num. 9. & 10. Duo ad sensu in num. II. Alterum, esse potius non excommunicato subueniendum in pari necessitate, quam excommunicato, nisi sit consanguineus. Alterum, quando ex predicta conuersione excommunicati fierent deteriores, aut Respublica graue caperet detrimentum, posse tamen subuentio nem prohiberi, ut quando Papa sub excommunicatione prohibet, ne quis exilibus graftantibus necessaria vita subministraret, ut sic extinguantur.

**SIGNIFICAT** secundo proposita dictio, lictum esse alicum cum excommunicato conuarsi propter necessitatem sustentationis sua, hoc est, si quis non possit vita necessaria aliunde habere, quam ab excommunicato, posse ab ipso ea accipere; quod patet ex Cap. Quoniam multos, II. quæst. 3. in quo peregrini, viatoribus, & alijs transiuntibus per terram excommunicatorum, fit potestas accipiendi necessaria ab excommunicatis, si non possint aliunde emere, aut si non habeant unde emant. De quo in cap. Si vero, De sententia excommunicati, dicitur; cautum esse iure, quod si quisquam per terram hereticorum, aut quorumlibet excommunicatorum transferit, necessaria emere, & recipere possit ab iisdem. Necessaria inveni, ut prius, non tantum quoad viatum, sed etiam quoad vestitum, & hospitium. Si enim hæc excommunicato indigent largiri licet, multo maiore ratione alter qui non est in culpa, poterit indigens eadem ab excommunicato accipere.

Intellige etiam quantumvis necessitas non sit extrema; sed potuerim quæ mihi illuc forte necessaria meum portare, aut possim ab alijs elemosynam petendo mihi prouidere, sed mea conditio id non patiatur; de quo Vgolinius in ead. §. II. num. 3. Addens ista locum habere, non solum pro nobis, sed etiam pro alijs qui tali necessitate prementur. Atque quod dicitur de necessariis ad sustentationem, simili modo dicendum est de ijs quibus quis eget ad corporis curationem, nempe si quis periculosa infirmitate labore, nec habeat aliud medicum quam excommunicatum, poterit ad hunc recurrere, ut idem author consequenter notat. Addens in sequenti num. 4. vbi periculum imminet, ne famam perdamus, si alijs deit qui operam ferat, nos posse ad excommunicati auxilium confugere.

**SIGNIFICAT** tertio eadem dictio, tum quod Vgolinius in sequenti numero 5. habet post Angelum. *Excommunicatio* 8. numer. 19. & Sylu. *Excommunicatio* 5. num. 5. ob necessitatem vitandi damnum sui patrimonij, vel tue, id statum proprium, communicantem cum excommunicato excusari, nisi sit communicatio in aliquo criminis, aut in diuinis. Tum etiam quod Caiet. loco cit. deducit ex Cap. Si vero, De sententia excommunicationis, ratione damni vitandi ex contractu inito, lictum esse communicare cum excommunicato ad executionem talis contractus, quia ille non vult rescindere ad statuonem damni, quod innocens inde alioqui incurrit. Porro, nulla necessitate urgente, atque ob solam commoditatem, non debent antedicta ab excommunicato, vel peti, vel accipi. Nam ut ait glossa ad Cap. Inter alia verbo *Necessitas*, De sententia excommunicati, alia sustinenda est incommoditas, ut iustitia Ecclesiastica seruerit. Quamquam tam opus non est eam necessitatem esse extremam, sed sufficit, ut mons Adrianus in 4. De Clauib. questione 3. in 8. exceptione, esse magnam, seu esse incommoditatem notabilem quoad viatum, & cetera quæ memorata sunt.

**SIGNIFICAT** quartu proposita dictio, quod expresso tradunt Palud. in 4. distinctione 18. questione 6. art. 2. & Caietan. verbo Excommunicatio, capite ultimo, vers. Circa tertium, lictum esse conuarsi cum excommunicato propter necessitatem consilij spiritualis, hoc est, eos qui non habent alium idoneum quam excommunicatum, a quo possint commode consilium petere, posse ad illum necessitate exigente recurrere. Si enim, inquit Caiet. licet mihi, quod habetur ex Cap. Cum voluntate, & ex Cap. Responso, De sententia excommunicati, cum excommunicato communicare pro salute

animæ ipsius; consequens est, id etiam m' in licere pro salute animæ meæ. Adde, & pro salute animæ alicuius tertij: quod idem quoque author ibidem expressit, ut exempli gratia, si Confessarius ad satisfaciendum conscientia presentis sui indigat consilio excommunicati, quia doctus est, eo vi potest. De conuersatione propter necessitatem consilij temporalis, id est, ad vitandum damnum temporale, eodem modo videtur sentiendum, quo de conuersatione propter necessitatem periculose in iuritatis.

**SIGNIFICAT** postremo eadē dictio; excusari illos qui per vim absolutam, seu coactionem communicant cum excommunicato; etiamsi communicatio sit in diuinis; quod Angelus *Excommunicatio* 8. num. 17. expressit. Et probatur ex Cap. Sacris, De ijs quæ vi metus causa sunt: vbi ratio hæc redditur, quod talis magis pati, quam agere videatur. Dicitur autem vis absoluta, quando ille cui interfuratur, habet se omnino passiu, ita ut ad actionem nihil propriæ voluntate conferat: sed illa actiue sit tantum ab externo principio, ut illa de qua mentio est distin. 50. Cap. Presbyteros: cum refertur quod ij qui constanter se Christianos profitebantur, eo vñq; constringebantur, ut tortores manus ipsorum apprehenderent, violenter attraherent, & funefis sacrificijs admoventer, ut aliquid polluti cibi per necessitatem sumere cogerentur. Præter illam vero alia datur vis, quæ dicitur conditionata: citoq; cum quis ad aliquid agendum, quod alioqui ex insita propensione non egisset, metu, aut blanditijs inducit, ita ut inducere potius, aut persuasio, quam vis, simplicer dicenda sit.

**ATQUE** de hac dubitatio mouetur; Vtrum si quis metu mortis inducat ad communicandum cum excommunicato excusetur? Ei autem satisfit sequentibus propositionibus. Prima est. Si quis cum excommunicato communicauerit in humanis, hoc est, in locatione, sumptuone cibi, & huiusmodi alijs metu mortis, aut alterius mali magni; velut verberum, aut aliorum cruciatuum corporis, excusari à peccato, & ab excommunicatione minore. Quam esse communem sententiam notat Sylu. *Excommunicatio* 5. num. 23. capi; probat Caiet. verbo *Excommunicatio* cap. vlt. vers. Circa tertium, argumento à minori ad maius: quia si secundum ius, prout ante habitum est, licet extra diuinam communicare causa necessitatis damni vitandi ex contractu inito, multo magis licet causa damni vitandi ex metu mortis, aut verberum: quia damnatio hoc maius est illo.

Intelligenda autem est propositio ex eodem Sylvestri & Narr. in Enchir. capite 27. nū. er. 36. nisi talis metus incutitur in contemptum Ecclesiæ, & præiudicium fidei: quia tunc, inquit Nauarrus, oportet potius mori, quam ita comunicare: cum magis tenetur defendere articulum fidei de Ecclesiastica potestate ferendi excommunicationem, quam vitam nostram corpoream, iuxta Cap. Nolite, II. questione 3. Vbi obligatio libere defendendi veritatem fidei, etiam cum periculo mortis, dedicatur ex illis verbis Domini Marth. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus, &c. Sic etiam si non tenetur cum periculo vitæ seruare præceptum Ecclesiæ de non vescendo carnibus in Quadragesima: tamen si haereticī mihi minitantes mortem nisi comedam, credant me comedendo ipsorum haeresi consentire; potius debo mori, quam comedere: quia tunc præcepto Ecclesiæ accedit ratio iuris diuini obligantis me ad confitendam fidem.

Seconda propositio est. Si quis in officijs diuinis (ut exempli gratia, celebrando Missam coram eo) communicauerit cum excommunicato ob metum mortis, vel cruciatuum corporis, incusum, non quidem in contemptum clauium Ecclesiæ, nec in præiudicium fidei: sed ex stultitia, aut vanitate illius qui incutit, aut ex alia aliqua causa: ipsum nec pecare, nec aliquam censuram Ecclesiasticum incurtere. Hanc Angelus *Excommunicatio* 8. nū. 18. & Sylu. eodem verbo quinto, num. 23. probant: quia non tenetur quis obedire Prælato præcipiēti, ut exponat se morti, vel cruciatibus, nisi pro fide, aut communii salute, quando id necessarium est ad illius defensionem. Vnde consequens est, præceptum Ecclesiæ de non communicatingo in diuinis cum excommunicato, non ita obligare, ut oporteat illud seruare cum de non mortis, aut cruciatuum corporis.

Et

Et certe tale quid non esse de illius intentione, satis colligitur ex eo, quod ad consulendum timoratis conscientij, & ad tollendas occasiones peccandi, duobus tantum casibus exceptis, tam communicationem indulserit. Si enim hanc in infinitis casibus, nullo etiam urgente metu mortis, cōfessit, quomodo censebitur in duobus candē tantā saceritatem prohibuisse, vt quantumcumq; nulla fidei, aut disciplinæ Ecclesiasticæ conseruandæ necessitas exigat, declinanda sit cum periculo vita, & cruciatum corporis? Accedit quod nō sit existimanda pia mater Ecclesia intendere afflictionem dare afflictis. Hanc doctrinam alijs in eam citatis Couar. habet ad Cap. Alma mater, i. par. §. 3. sub finem.

Tertia propositio est. Si quis meū moris, aut cruciatum corporis cum excommunicato communicauerit in peccato mortali, vt in furto, vel in fornicatione, ipsum peccare mortaliter, excommunicationemq; minorem incurre (atque iuxta antedicta num. 94. interdum maiorem) sicut peccat, & incurrit minorem excommunicationem communicando cum detrimento fidei, aut contemptu clauium Ecclesie. Secundum quam propositionem Angelus, Syl. Nauarr. & Couar. locis cit. limitandum volunt Cap. Sacris, De ijs que vīmetūsve causa sunt: dum definit excommunicationis labē contaminari communicantem cum excommunicato per mētum; qui extenuat quidem culpam, sed eam non tollit; quādoquidem pro nullo metu debet quis peccatum mortale perpetrare. Limitandum, inquam, vt sensus eorum verborum sit, non quidem quemcunq;, qui per metum, etiam in diuinis communicauerit cum excommunicatis, pēnam iuris incurtere: sed eum qui ita communicauerit, vt communicatio sit in criminē, seu sit perpetratō actus de se illiciti; vel sit in præiudicium fidei Catholicae, vel in contemptum disciplinæ Ecclesiasticæ.

Caterum hæc hactenus dicta de metu excusante, intelligenda sunt de iusto, quem dicunt cadentem etiam in constantem virum: alius enim metus, communicantem cum excommunicato siue in diuinis, siue etiam in humanis, non excusat a censura, vt nec à peccato, quantumvis absit contemptus: et si negandum non est aliquantulum attenuare peccatum ipsum. Quis autem sit metus cadens in constantem virum, habes expositum in preced. libro quinto cap. 8.

Querere tandem potest aliquis, An præceptum quoque Superioris iubentis cōmunicationem cum excommunicato, excusat cōmunicantem? Cui respondendum est, præceptū quidem Episcopi non excusat. Nam ex quo ipse utrō potest excommunicati communione, iuxta Cap. Cum desideres, De senten. excommunicat. nec alijs. Id concedere, aut præcipere potest, iuxta regulam 54. iuris, ff. Nemo plus iuris ad alium trāferre potest, quam ipse habeat: præceptum tamen Papa excusat; quia ex quo Papa potest quacunq; ratione ab excommunicatione absoluere, argumento Clementine finalis De senten. excommunicat. existimabitur potius absolvisse, quam præcipere illicitum.

## C A P. X VI.

Ex antedictis corollaria quedam.

## S V M M A R I V M.

- 131 Cur excommunicatione dicatur pēna, quā nulla maior in Ecclesia.
- 132 Excommunicationem, pēnam esse non tantum externam, sed etiam internam, contra Lutherum.
- 133 Obiectio pro eodem Lutherum cum reponsione.
- 134 Quo sensu excommunicatus dicitur separatus ab Ecclesia, & Sarthane traditus.
- 135 Potestatem diabolo datam per excommunicationem, non esse irrationabilem.
- 136 Per excommunicationem anima damno afficitur.
- 137 Dictum à Nauarro, non esse licitum audire Missal in publici concubinarij, rejetur.

Valerij Par. III. Tom. 3.

- 138 Ea quibus ille se tueri posse videtur, reguntur.
- 139 Moderatid cum qua accipi debet contrarium eius quod docet.

**E**X hactenus dictis dō effectibus excommunicationis maioris, deque eorumdem impedimenti, nonnulla sequuntur paucis perstringenda, antequam de minore excommunicatione dicere aggrediamur.

**P R I M U M E S T.** Cum tot per maiorem excommunicationem incurvantur incommoda, merito in Cap. Corripiantur, 24. quæst. 3. eam dici pēnam, quā nulla maiore est in Ecclesia. De quo dicto videri potest Vgolinius tab. 2. cap. ultimo, §. 1. num. 8. & 9. vt & in preced. num. 6. & 7. de eo quod eadem excommunicatione dicitur, tum mucro Episcopi, 16. quæst. 2. Cap. Visis, in fine, & Cap. Quoniam in plerisque, De officio Ordinarij: tum etiam mos, in Cap. Per venerabilem, prope finem, Qui filii sint legitimis Merito quoque Concil. Trid. sessi. 25. cap. 3. De reform. præcipere, excommunicationem quantumuis sit neruus Ecclesiasticæ disciplinæ, & ad contineendos populos valde salutaris, sobrie exercendā esse: neq; si aliter, quam excommunicatione, delinquens coerceri possit, eam esse usurpandam. Cui sententia cōgruenter Sotus in 4. dif. 22. quæst. 1. art. 2. col. 7. damnat eos Prælatos, qui aut pro exquo furto olerum, aufrumentorum, excommunicationem decernunt: aut nihil nisi sub pēna excommunicationis præcipere norunt: aut etiā citationis schedulas subscriptas notariis concedunt, in quibus ipsi quorum voluerint nomina inscribant: aut demum qui per excommunicationem cogunt aliquem soluere debita, qui posset ad id cōpellī in foro ciuilis, aut alia viā seculari. Quod postremum specialiter Cōcil. Trid. loco citato vetat. Vide in eandem sententiam alia apud Couarruiam ad Cap. Alma mater. 1. parte, §. 9. num. 1.

**S E C U N D U M E S T.** Excommunicationem maiorem, non solum esse pēnam externam, vt perperam sensit Lutherus art. 23. eorum, quia à Leone decimo damnati sunt (quem cōfutat Dominicus Sotus in 4. dif. 22. quæst. 1. artic. 1. col. 1. & alter Sotus in Institut. Sacerdot. de excommunicatione, lect. 2. & Couarruias ad Cap. Alma mater, in principio, num. 9.) sed etiam internam animæ, quam priuat adiumentis communium precum Ecclesie, perceptionis Sacramentorum, & piorum colloquiorum. Quæ priuatio licet non tollat ab anima gratiam gratum facienti: quia id tantum fit per peccatum mortale, ex Concil. Trid. sessi. 6. cap. 15. tollit tamen dispositions ad cōdemnā. Non enim dubium est per participationem Sacramentorum, & auditionem diuinorum officiorum, ac pia colloquia, sanctamq; aliorum conuersationem, tales dispositiones nobis facile contingere. Et ita intelligendum est quod Syri. Excommunic. 3. nu. 1. ver. 4. inter excommunicationis effectus ponit, excludere à regno cœlorum; quod nimur priuati adiumentis quibus homo disponitur facilius ad gratiam gratum facientem, sic qua regnum cœlorum nequit haberi. Nec enim sensus esse potest is quem verba præse ferunt; quia cum excommunicatione maior non feratur nisi ob peccatum mortale, ex Cap. Nemo Episcoporum, II. quæst. 3. in eo in quem fulminatur, inuenit effectum ipsum excludendi à regno cœlorum, tanquam necessario comitantem peccatum mortale.

Si quis objiciat pro Luther. excommunicationem esse medicinam animæ, iuxta Cap. Cum medicinalis, De sententia excommunicatione, in 6. ideoq; non debere obesse animæ, sed tantum prodesse. Respondendum est primo, sicut quæ purgant corpus, mederi dicuntur, etiam si multis dānnis interea illud afficiant, si ipsum tandem sanitati restituant: sic etiam excommunicatione moderi dicitur, quia dāmno afficit in eum finem, vt tandem pulsā cōtumaciā, vitæ spirituali quis restituatur. Respondendum est secundo, etiam si excommunicatione non sit medicinalis excommunicato indurato, effe tamen reliquis membris Ecclesie; quia per eam cōsulit in columitati totius reliquæ communis, sicut cum membrum, ne viles eius serpat latius, præcedit a toto corpore, vt in columitati huius consularit. Quæ vtrāq; responsio attingitur in ante memorato Cap. Corripiantur.

**T E R T I U M E S T.** Licet excommunicatus non ita separatur ab Ecclesia, vt debeat esse verum eius membrum, si

131.

132.

133.

134.